



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

41. Ut vinduæ non velentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Ut viduæ non velentur. *De generalibus
decretis Gelasij Papæ.*

X L I. Viduas velare Pontificum nullus at-
tentet, quod nec auctoritas divina delegat, nec
canonum forma præstituit. Non est ergo peni-
tius usurpandum, eisque sic ecclesiastica infe-
renda præsidia ut nihil committatur incli-
tum.

Decreta Gela-
sij c. 13.
Lib. 1. Capitular. c. 59.

Quod viduæ, ut suprà dictum est, non ve-
lentur. Sed si professam continentiam
proposito mutato calcaverint, ipsæ pro se
Deo rationem reddant. *Cap. xxi. ejus-*
dem.

X L I I. Nam de viduis sub nulla benedi-
ctione velandis superiùs latè sufficienterque
diferendum duximus: quia si propria volun-
tate professam pristini conjugij castitatem mu-
tabili mente calcaverint, periculi ejus intere-
rint, quia, juxta Apostolum, primam fidem
irritam fecit, quali Deum debeat satisfactione
placare. Sicut enim, si se forsitan continere
non poterat, secundūm Apostolum nullatenus
nubere vetabatur, sic habita secum delibera-
tione promissam Deo pudicitia fidem debuit
custodire. Nos autem nullum talibus laqueum
debemus inicere; sed solūm adhortationes
præmij sempiterni pœnasque proponere divi-
ni judicij, ut nostra sit absoluta conscientia, &
illarum pro se Deo rationem reddat intentio.
Cavendum est quippe quod de earum mori-
bus actibūsque beatus Paulus testatur Aposto-
lus, quod planiùs exponere præterimus, ne

Burchard. lib.
8. c. 54.

Cc ij